

infeudati, an scilicet illius primi domini mediati, vel secundi immediati. Hic ego duo distinguo capita, quorum primum est iure communi in spectro, secundum est, considerato iure regni, & regionis, illiusque principatus, ubi feuda existunt. Et quod attinet ad primum caput, ex illi mo verissimum, quod subuassallum non esse primi domini vassallum, sed secundi, & immediati. Sicuti scripserunt Baldus in l. 1. num. 9. C. communia de legatis, & fideicommissis, & in ca. cum dilecti. n. 6. de dolo, & contuma. Guido Papæ in q. 55. l. in 3. dubio, Soc. Sen. in conf. 256. col. 2. l. 2. & in conf. 66. num. 4. Decius in l. consilij. §. locij. nu. 1. de reg. iur. & ibi Cagn. num. 1. & Afflic. in c. Imperiale, §. illud. col. 2. vers. sed solue. de prohib. feudi aliena. per Feder. & Modern. Parisiensis in commentar. ad consuet. Parisiens. in §. 55. gl. 1. num. 189. ubi distinguit tres casus. Et primo fulcitur horum sententia, quod cum ius ipsum commune permittat vassallo posse se subinfeudare, c. 1. §. 1. qualiter olim feudum alien. pote. & post alios scripserunt Curtius Jun. in tracta. feudorum. in quarta parte, numer. 83. Iacobinus in investitura feudali, in verbo, Ita etiam quod ipsi vassalli. col. 2. vers. sed ponamus, nu. 3. & Cagno. d. §. locij. num. 2. & communem esse sententiam quam pluribus relatis subinfeudari post sine consensu domini testatur Rosenthalus in Tracta. feudorum cap. 9. membro 1. conclus. 13. nu. 1. inde sequitur, vassallum subinfeudantem sibi acquirere subuassallum, non autem domino suo. Sic etiam dicimus, quod si locus locij mei, non est locus meus, l. nam, & locus. ff. pro socio.

Secundo accedit, quod dominus ille primus cogere non potest subuassallum ad sibi seruiendum, sicuti tradunt Iacobin. præcit. in loco. n. 6. vers. ne quæto de pulchra qu. Cur. Jun. in d. 4. p. Tracta. feudorum. num. 89. Non ergo illius primi vassallus est, alioqui obligatus ei esset inferuire, iuxta c. 1. de noua form. fidelit.

Tertio suffragatur, quod hic subuassallus non tenetur suscipere investituram à primo, sed à secundo domino cap. Imperiale. §. præterea si quis. de prohib. feudi aliena. per Feder. cuius verba hæc sunt, si quis infeudatus maior quatuordecim annis sua incuria, vel negligentia per annum, & diem steterit, quod feudi investituram proprio domino non petierit, transacto hoc spacio feudum amittat, & feudum ad dominum redeat, statuit hoc loco Federicus, investituram peti debere à proprio domino. Proprium dominum vassalli intelligunt omnes, ipsum dominum immediatum, sicque secundum dominum, sicuti ex traditione Baldi in d. l. 1. num. 9. C. communia de success. scripserunt in specie Iacobi. à S. Georgio, in investitura feudali, in verbo. Qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, num. 55. post Ioan. Rayn. in d. §. præterea si quis. & Marin. Freccia tracta. de subfeudis, lib. 2. in verbo. Tertia auctoritas, nu. 3. qui dixit, subuassallum non teneri præstare domino mediato releuium (est recognitio quædam, sicuti laudemium, quod præstat emphyteuta, vt declarat Afflic. in c. 1. nu. 21. per quos fiat investitura.) Et ipse Afflic. in d. c. 3. nu. 17. idem scripsit quod Freccia.

Quarto confert egregia traditio Baldi in ca. 1. §. rursus, n. 9. de controu. inuest. cum scripsit, subuassallum nil agere habere cum primo domino mediato, & quod ei præstet, in subsid. præstare dicitur. Et subiungit Bald. hunc subuassallum non habere causam primam, vel secundam à primo, & mediato domino, sed ex contractu per eum ex propria prouidentia inito, cum suo immediato domino. Et qui contractus est se paratus à contractu sui domini, quem cum superiore confecit.

Quinto confert, quod hic subuassallus non tenetur præstare iuramentum fidelitatis domino mediato, sed immediato tantum, sicuti scribunt Bald. in ca. cæterum. col. 1. de iudicijs. Iaf. in l. 3. §. ex contrario. num. 76. ff. de acq. poss. & inter consilia Brunii in conf. 8. col. vt. Iaco-

bin. in investitura feudali. in verbo. Qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, n. 14. & Cagn. in l. Concilij. §. locij. num. 4. ff. de regul. iur. Et hinc scripsit Iacob. in d. investitura feudali, in verbo. Diciturque vassallus. 2. in fine, subuassallum non teneri recognoscere, nisi dominum suum immediatum.

Sexto hæc pertinet traditio illorum, qui scripserunt, quod quando subuassallus vult alienare se subfeudum, requirere debet consensum domini immediati. Ita sanè affirmarunt Bertran. Caprioli in c. Imperialem, §. illud. de prohib. feud. alienat. per Fed. & ibidem Io. Raynandi. Ioan. Fabri in §. adeo. in Instit. de locatio. quos sic refert Iacobinus in investitura. in verbo. Et cum pacto de non alienando, nu. 2. vers. contrariam opinionem, & si ipse Iacob. vt mox referam, dissentiat. Et prædictos secutus est Curt. Jun. in tracta. feudor. in 4. par. princ. nu. 89. in si Et si remittat se ad alium locum, in quo nihil scripsit. Et apertius opinionem hanc probauit Zasius in Epitome feudorum, par. 9. nu. 36. adducti omnes eo textu d. c. Imperialem. §. præterea. Et quia duplex dominium (vt mox dicemus) consideratur.

Non ignoro tamen quod ab horum opinione dissentit gl. in d. §. illud. Baldus in l. si promittente. C. ad Macedo. Iafon in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. Socin. Sen. in consil. 256. l. b. 2. Iacobin. in dicto verbo. Et cum pacto de non alienando, numer. 21. Cagnol. in d. §. locij mei, num. 9. & communem dixit Clarus in §. feudum, quæst. 32. in fin.

Verum postremæ huius opinionis leuia, & minus vera sunt fundamenta. Nam quod dicunt vassallum subinfeudantem non remanere aliqua ex parte dominum. Cui totum vile solum dominium transeat in subuassallum, ex quo vile dominium non potest esse apud duos eodem tempore, l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. est falsum. cũ vera, & communis sit Doctorum sententia, imo vassallum subinfeudantem remanere dominum, cum dominium vile sit duplex, superius scilicet quod manet apud vassallum subinfeudantem, & inferius, quod transeat ad subuassallum subinfeudatum. Ita Bald. in c. Cæterum, num. 13. de iud. Io. Fabri in §. adeo. in Instit. de locat. Soc. Sen. in conf. 66. col. 2. ver. secundo præmittendum, lib. 3. qui sic respondit in specie subfeudi ecclesiæ Mantuanæ. Cur. Jun. in tracta. feudor. in 4. part. nu. 83. Iacob. in investitura feudali, in verbo. Diciturque vassallus. l. 1. n. 1. vers. vos potestis. Cagn. in d. l. Consilij. §. Socij. num. 2. ff. de reg. iur. & Moder. Paris. in d. §. 55. gl. 1. nu. 189.

Et hanc quidem sententiam probat d. c. Imperialem. §. præterea si quis, ubi vassallus post se factam infeudationem appellatur adhuc dominus. Non etiam vtget secundum argumentum illius opinionis glossæ & sequacium, dum referente Iacobino dixerunt, primam causam feudi accepisse fundamentum à priore, seu antiquiore domino, & appellationem domini intelligi de directo domino. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager veftigal. vel emphyt. peta. Nam respondetur, verum quidem esse feudum vassalli primi sumpsisse originem, & fundamentum à persona domini directi, sed hoc non contingit in subfeudo, quod originem habet ab ipso vassallo, atque ita à domino immediato, cuius quidem persona spectanda est. Nā ei iurare debet (vt diximus) fidelitatem, et etiam, & non domino mediato seruire debet.

Præterea admissio citra veri præiudicium, quod verior sit illa glossæ opinio, nepe requirendum esse etiam consensum primi domini, in alienatione feudi, atamen hoc non efficit, quin hic subuassallus dici debeat verè, & propriè subuassallus domini immediati. Nam consensus ille mediati, qui requiritur in alienatione, quam facit subuassallus ipse, ob id requiritur, ne illi domino mediato præiudicium aliquod afferatur, respectu directi sui domini, sicuti gl. & præcitati Doctor. scribunt. His intelligimus verissi.

14 verissimam esse sententiam hanc, quod subuassallum non esse vassallum primi domini directi, sed immediati. Ex quo sequitur, hunc subuassallum non teneri suscipere investituram à domino illo mediato, sed ab immediato tantum, sicuti respondi superiore anno in subuassallo ecclesiæ Mantuanæ. In fertur etiam dominum illum primum mediatum non posse ius dicere in subuassallos, sicuti nec in subditos sui vassalli. Bald. in cap. cæteri, de iudic. Iafon inter consilia Brunii, in conf. 8. num. 59. Curtius Iunior in conf. 2. num. 1. Socin. Iun. in conf. 126. nu. 4. lib. 3. & Neuz. in conf. 61. num. 12. Ita pariter non potest dominus mediatus, & directus imponere onera subuassallis. Rui. in consil. 219. num. 5. lib. 1. Cæterum hæc illationes locum non habent in Imperatore, qui subuassallis imperare, & inter eos ius dicere potest. Cur. Jun. in conf. 137. num. 10. Non etiam locum habent in Galia. Chassin. in conf. 66. num. 11. Non pariter procedit, quando vassallus obtineret partem feudi iure. Guido Pap. q. 55. l. col. pen. vers. nec obstat. Modern. Paris. in commentarijs ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 6. num. 3. & Marin. Freccia de subfeudis, lib. 1. in cap. quod incipit, fuit dubitatum. num. 5. & num. 24.

Secundum est huius disputationis caput, quando extat regionis, regni, & loci constitutio, vel consuetudo, quod vassallus non possit subinfeudare sine domini directi licentia, & ipse dominus directus, deinde requisitus concedere licentiam, & consensum subinfeudandi, an is subuassallus sit ipse dominus immediatus, vel mediatus domini? Marin. Freccia in tracta. de subfeud. lib. 1. de orig. Baronum, c. vidimus quænam fuerint, & c. num. 46. opinatus est, hunc effici subuassallum primi domini. Ego verò in comment. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 200. contrariâ sententiam aduersus Marin. defendi, & illius rationibus, & argumentis, quantum per me licuit, satisfeci.

Cæterum, postquam illa scripsi, occurrit mihi egregia traditio Baldi in c. cæterum, nu. 13. de iudicijs, qui scripsit reliquit, quod si vassallus suo nomine subfeudum concedit, atque ita suo nomine acquirit subuassallum, quod ipse concedens retinet vile dominium, atque ita datur vile dominium inferius, & superius retinetur, sicuti etiam diximus supra, si verò (inquit Bald.) voluntate domini vassallus alienat, penes alienatam nullum ius remanet, sed tota recognitio est directi domini. Et Baldum secuti sunt Soc. Sen. in conf. 66. col. 2. vers. secundo præmittendum est, lib. 3. Curt. Jun. in tracta. feudorum, in quarta par. n. 83. & Moder. Paris. in consuetud. Parisiensibus. §. 1. gl. 6. num. 4. sentit ergo Bald. quod facta alienatione voluntate directi domini, non solum vassallus non habet subuassallum, verum nec ius aliquod in ipso feudo.

Cæterum facile respondetur, hæc duo inter se maxime differre, licentia alienandi, & licentia infeudandi. Nam facultas alienandi efficit, vt in totum rei dominium in alium transeat, atque ita vassallus alienans, perdit vile dominium. Licentia verò subinfeudandi, quæ secundum feudi naturam concessa dicitur, operatur vt vassallus subinfeudans retineat vile quoddam dominium, quod superius (vt diximus) appellatur, & subuassallus dominium inferius. Nec aliquid aliud præter directum dominium manet apud ipsum primum dominum. Quocirca rectè scribunt Doct. nostri, subinfeudationem non esse propriè alienationem, ita sanè Abb. in c. cum Apostolica, de his quæ fiunt à præl. sine consensu cap. & Cur. Jun. in tracta. feud. in 4. p. princ. n. 84.

Probat tamen opinio illa Marini Freccia, quod scilicet concessa à domino directo licentia subinfeudandi, is subuassallus subinfeudatus efficitur vassallus ipsius directi primi domini. Hæc sanè opinio locum non habet, quando coniecturis, & præsumptionibus constat ita fuisse concessam alienandi facultatem, vt is subuassallus sit subinfeudantis, & non primi domini, sic declarat Marin.

Freccia in dic. cap. vidimus quænam, num. 54. vers. hæc autem pertringerem, qui septem coniecturas recenset, quas etiam enumeravi in præcitatis commentarijs de arbit. iud. lib. 2. casu 200. ad finem, non tamen grauabor, & hic repetere.

Prima itaque est coniectura, qua (inquit Marin.) desumitur à vicinitate scripturæ, argum. l. si seruus pluriū. §. vt. ff. de leg. 1. & scripsi sup. lib. 1. q. 28. nu. 1. & 2. ubi multis comprobauit.

Secunda est coniectura desumpta à consuetudine ipsius Principis, & domini directi, argum. l. vniuersorum. ff. de pignor. actio. quoloci Caius respondit, procuratorem posse pignori dare rem domini, si is dominus consuevit sic accipere mutuo, pignore dato. Et latè comprobauit supra lib. 1. q. 18. n. 1.

Tertia est coniectura ducta à loci, & regionis consuetudine, argumento eorum, quæ scripsit Ifern. in cap. 1. §. præterea, num. 8. de capitul. Corradi, cum dixit, aliquando non esse permissam subinfeudationem ob regionis consuetudinem, sic voluntatis interpretatione à consuetudine patriæ, colligit Iulianus in d. l. si seruus pluriū. §. vltim. de legat. 1. & alij comprobauit in d. lib. 1. quæst. 28. num. 7.

Quarta est coniectura, quæ colligitur ex immerito collato beneficio à vassallo ipsi Principi, & directo domino, argum. l. si pater. §. 1. ff. de donat. cuius egregia verba hæc sunt. Si quis aliquem à latrone colis, vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hæc donatio irreuocabilis est. Nam merces eximij laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit.

Quinta est coniectura sumpta ex gravitate personæ, cui concessum fuit feudum, argum. l. plenum. §. equitij. ff. de vfu & hab. i. quem textum multis illustrabimus infra lib. 6. præsumpt. 24.

Sexta est coniectura ducta ex eo, quod feudum fuerit concessum ob benemerita vassalli, quem ipse dominus pleniore gratia, & fauore cohonestate verissimiliter voluisset. Nam (inquit Marin.) inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, l. legata inutiliter ff. de adimen. lega.

Cæterum hæc coniectura non multum differt, à quarta supra commemorata.

Septima est coniectura sumpta ex eo, quod res sit ita in feudum concedi consuevit, arg. l. exceptio. C. de loca. & conduct. ubi consuetudo locandi attenditur in remittenda pensione ob sterilitatis, & penuriam casum. Et illo in loco differunt Bald. Salic. & reliqui.

*Præsumptio, seu concessio, an & quando presumatur vel realis, vel personalis, & qui sit huius tractationis utilis effectus?*

*S V M M A R I V M.*

- 1 Præsumptio aut concessio personæ facta, personalis est, cum ea extinguitur, nec ad heredes tranfit.
- 2 Præsumptio causam proximam, & immediatam fuisse personam, signis probari.
- 3 Si ratio, & causa concessiois ipsi sibi soli personæ conueniat, num. 3.
- 4 Si speciali personæ factum probetur, n. 6.
- 5 Si sub nomine proprio aut pronomine fiat concessio, n. 9.
- 6 Si persona industria videatur electa, idque ex qualitate negocij commissi appareat, n. 10.
- 7 Si id appareat ex aliqua præsumptio parte, n. 11.
- 8 Maritus ad restitutionem dotis, vltra quam potest, non condemnatur.
- 9 Idem in patre, patrono, & milite, num. 5.

- 7 Fisco ne gabellas soluat, concessum privilegium, non transit ad gabellas conductores.
- 8 Pallij usus Archiepiscopo concessus, privilegium personale est, & cum eo pallium sepelitur.
- 12 Privilegium concessum ob benemeritorum remunerationem vtrum personale sit, vel reale, nu. 13.
- 14 Contractus sui natura ad hæredes transit.
- 15 Beneficium inferiori à Principe, non ita latè interpretari.
- 16 Privilegium reale dicitur, si persona, cui concessum sit, remota causa fuerit, proxima verò quavis alia.
- 17 Restitutionis privilegium an transeat ad hæredes minoris.
- 18 Restitutio minoris, quando competat.
- 19 Immunitatis ob duodecim liberos, si non publicus est causa proxima.
- 20 Concessio facta personæ per modum beneficij, non privilegij, realis est.
- 21 Beneficia principum latè interpretari.
- 22 Concessio facta personæ in modum patti, & conventionis, realis est, & ad hæredes transitoria.
- 23 Concessio facta familia realis est, & ad omnes transit posteror.
- 24 Concessio facta civitati, loco, vniuersitati, realis est.
- 25 Civitas, populus, vniuersitas semper eadem est.
- 26 Concessio facta rebus ipsis realis est, non personalis.
- 27 Concessio facta causa, realis presumitur.
- 28 Nobilitati, & memoria concessum privilegium, reale est.
- 29 Concessio vtrum causa, an personæ facta sit, in dubio presumitur realis.
- 30 *Est etiam recurendum ad coniecturas, nu. 30.*
- 31 Privilegium concessum à Principe, reale esse. Personale autem inferiori à principe, nu. 32.
- 33 Privilegium Principis de facto aliquo, personale esse.
- 34 Privilegium de iure indeterminato personale, de determinato reale presumi.
- 35 Privilegium seu concessio rei ad hæredes non transitoria, personam non egreditur.
- 36 Observantia coniecturam præbet, vtrum privilegium personale sit, vel reale.
- 37 Aquam ducendi concessio, cur realis presumitur.
- 38 Observantia cur nihil operetur in vniuersitate.
- 39 Verbum, in perpetuum, secundum substantiam materiam intelligi.
- 40 *Et in materia privilegiorum quomodo accipiatur, nu. 40.*
- 41 Concessio realis sit, vel personalis, præsumptio interdum ex aliquo externo accidenti sumitur.
- 42 Concessio realis presumitur, si alias ob qualitatem personæ cui facta est, penè rederetur inutilis.
- 43 Concessio realis presumitur interdum ex promissione reciproca.
- 44 Communitas nunquam moritur.
- 45 Concessio realis ad omnes transit hæredes, & successores. Et de persona ad personam extenditur, nu. 46.
- 46 *Aliud in concessione, vel privilegio personali, ibid.*

P R A E S U M P T, C I I I.

Cum hætenus de feudorum concessionibus, & Principum liberalitate multa exposuerimus, visum est non abs re, hoc in loco disserere, an, & quando ipsa principum concessionibus, & privilegia præsumantur realia vel personalia? Disputatio est valde frequens, & utilis, in qua quidem distinguendi, atque constituendi sunt aliquot casus.

Primus est casus, quod concessio facta fuit personæ, quæ exitit causa proxima, & immediata ipsius concessionis. Hoc in casu præsumitur privilegium personale, non autem reale, & propterea cum ipsa persona extinguitur, atque non transit ad hæredes, sicuti infra demonstrabimus.

2 Caterum ad cognoscendum, quod persona ipsa fuerit causa proxima, & immediata concessionis, aliquot

signa considerari possunt. Et primum est, quædò ratio, & causa, ob quas facta est concessio, convenit seculum ipsi personæ. Exemplum est in casu l. manum, cum l. seq. ff. sol. matr. & in l. c. si fideiussor, §. si maritus, ff. de re iud. vbi privilegium concessum marito, & ad dotis restitutionem solum condemnatur in quantum facere potest, personale præsumitur, cum concessum sit ob honorem marito debitu, ne aliquando indigeat, fameque quodammodo necetur. Idem dicimus in privilegio concessum patri, & patrono, & militi, vt condemnentur tantummodo in quantum facere possunt, l. sunt qui, l. patronus, l. item miles, ff. de re iud.

Secundum est signum, quod sumitur à speciali favore ipsius personæ, cui concessum fuit privilegium. Exemplum in fisco, cui concessum est, ne soluat gabellam, l. licitatio, §. Imperatores, ff. de public. & v. sig. Quod quidem privilegium non transit ad conductores ipsius gabellæ, vt scribitur Bar. in d. §. Imperatores, Dec. in l. in omnibus, nu. 2. ff. de reg. iur. & in conf. 48, num. 5. Tiracquel. in tra. de retract. confang. §. 1. glo. 13. num. 12. Est etiam exemplum in Archiepiscopo, cui favore speciali suæ personæ concessus est usus pallij, & idco privilegium dicitur personale, quod nec quidem usus ipse commodari alteri potest, immo cum ipso pallio sepeliri debet, c. 2. de aut. & usu pallij, vbi Dec. & notat Dec. in d. l. in omnibus causis, nu. 1. in fi. de reg. iur.

Tertium est signum, quod sumitur à nominatione proprii nominis, vt puta, si dictum est, Concedimus Caio, præsumitur enim ex hoc privilegium esse personale, ita Anch. in conf. 327, num. 2. Alex. in conf. 86, num. 7. lib. 1. Socin. Sen. in conf. 59, num. 2. lib. 1. Felyn. in cap. mandata, num. 2. de præsumpt. Dec. in d. l. in omnibus causis, num. 2. de regul. iur. & in conf. 262, num. 1. Belionus in conf. 20, num. 7. Alc. in respon. 203, num. 12. & Natta in conf. 163, num. 7. & in conf. 164, nu. 21. Crau. in conf. 929, nu. 6.

Et hoc signum multo magis locum habet, quædò adiectum fuisset pronomen, ipse, vt si dictum fuit, Concedimus ipsi Caio, ita in specie Natta in d. conf. 163, nu. 8. lib. 1. post Baldum in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. Imolam, & Anch. in cap. privilegium, de reg. iur. in 6. Cum dixerunt, concessionem præsumi personalem, si concedens dixit, Per te exerceas. Ita etiam Alciatus in respon. 203, num. 26. Crau. in conf. 929, num. 11. Idem Natta in conf. 164, nu. 21. lib. 1. qui declarat, si cuti infra suo loco dicemus. Et idem multo magis procedit, quando proprii nomen restrictè fuit expressum. Crauet. in conf. 929, num. 8. Cæterum Rui. in conf. 25, in fi. lib. 2. respondit, legatum præsumi personale, quando factum est personæ expressio proprio eius nomine, adiecta tamen taxativa, alias non. Quæ de re differemus in subsequenti libro.

Et præterea, quando dictum fuit, concedi Caio ob amorè, & benevolentiam, qua eum concedens ipse prosequitur, præsumitur personale. ita Crau. in conf. 929, nu. 9. idem quando concessit pro se, & descenditibus. Crauet. in d. conf. 929, nu. 10. post Io. de Ana. in conf. 20. Idem quando concessio est facta rei, & causæ, sed tamen respectu, & intuitu personæ. Nam tunc dicitur personalis, quia persona ipsa prævalet. Crau. die. conf. 929, nu. 29.

Quartum est signum, quod sumitur ex qualitate negotij commissi ipsi personæ, sicuti quæ negotiū aliquod non determinatum, commissum, mandatumque fuit. Nā tunc concessio præsumitur personalis, ex quo præsumitur electa industria personæ, vt dicemus infra l. 6. præf. 40. ibi, quæ dicatur electa industria, in quarto casu. Et in specie nostra signum hoc probatur Bar. in lapud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de lega. 1. & ibid. Alex. nu. 2. & Iaf. num. 7. idem Iaf. in conf. 89, col. 3. vers. septimo facit, lib. 3. & idem in l. si sic stipulatus, la 1. num. 11. de verb.

verb. oblig. Dec. in conf. 262, col. 2. vers. tertio, & num. 7. vers. sexto non obstat. Dec. in conf. 51, col. 2. dum loquitur de saluo conductu. Natta in conf. 163, numero 15. & num. 11. & in conf. 164, num. 10. vers. præterea, & num. 13. lib. 1.

11 Quintum est signum, quod sumitur ex aliqua parte ipsius privilegij, & concessionis, vt puta, si in vna parte privilegij, in qua aliquid fuit concessum, dictum fuit pro se, & hæredibus, deinde in alia parte, in qua aliud dicitur concessum fuit, solummodo fuit dictum, pro se, colligitur ex secunda parte, concessionem hanc esse personalem. Ita Bald. in conf. 368. quod permutatio facta, col. 1. vers. secunda ratio, lib. 5. qui respondit, quod quedam verba antiquorum pactorum, in quibus dicebat, quod nemo ipso cum possit aliud acquirere in territorio alterius, censetur personalia, atque ita non referri ad hæredes, sed solummodo ad ipsos principales contrahentes, quia ibi in dicta clausula nihil erat repetitum de hæredibus, de quibus facta fuerat mentio supra in alia parte. Et Bald. secutus est Natta in conf. 164, nu. 1. & n. 22, lib. 1. vbi in contrarium recenset Cora. sed à Baldo recedendum non esse scripsit.

Secundus est casus, quando concessio facta fuit personæ, quæ fuit causa proxima, & immediata ipsius concessionis, sed concessio ipsa facta fuit ad remunerationem benemeritorum. Hoc in casu sunt opinioniones. Aliqui existimant, hanc concessionem adhuc præsumi personalem, & ob id non esse ad hæredes transitoriam. Ita Io. Andr. in c. privilegium, de reg. iur. in 6. in mercurialib. vbi in solutione questionis per eum disputatæ, concludit, quod si appareat, quod propter labores, quos aliquis pro Ecclesia Romana sustinuit, vel propter eminentem ipsius scientiam, vel sanguinis nobilitatem, privilegium fuerit concessum, istis casibus privilegium non præsumitur reale, etiam si superpressum fuisset non esse proprium, quia persona videtur fuisse causa immediata privilegij. Et Io. Andr. secutus est illo in loco Anch. Crotus in l. omnes populi, n. 28. idem responderunt Iaf. in conf. 89, col. 2. vers. 2. facit, lib. 3. Alciat. in respon. 203, nu. 22. & Natta in conf. 264, n. 20. vers. ad ista omnia, lib. 1. Crau. in conf. 929, in fin. ex l. 1. ff. de cons. princ.

Secunda fuit opinio, & verior quidem eorum, qui scriperunt, immo concessio em hanc realem esse. Ita responderunt Bald. in conf. 355. præmittendum est, lib. 1. & in conf. 98. quæritur, lib. 3. idem Anch. in conf. 327, num. 3. Soc. Sen. in conf. 59, col. 3. lib. 1. & in conf. 84, col. 2. pen. nu. 1. in fin. lib. 5. & Tiracquel. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, n. 48. C. de reuo. donat. idè ego ipse scripsi in conf. 136, num. 18. lib. 2. sic & Bar. in conf. 30, num. 7. lib. 1. qui exemplum adfert in privilegio concessio Ecclesiæ, seu prælato. Ea ratione immo sunt, quod Princeps à suscipiente privilegium lucratus est aliquam donationem, vel factum, quod habet perpetuam commensurationem cum re concessa, & ideo dicitur transire in vim contractus, argum. l. si cum mihi, ff. de dolo. vbi Bald. in fin. annotavit. De natura autem contractus est, quod transeat ad hæredes, l. si pactum, ff. de probat. & dicemus infra in quinto casu. Et accedit, quod hoc non dicitur proprie privilegium, sed beneficium, vt egregiè tradunt omnes in l. vlt. ff. de constit. princ. & Socin. Jun. in conf. 37, num. 18. lib. 1. ex quo sequitur non esse personale, sed ad hæredem transitorium, vt dicemus infra in quarto casu. Nec obstat d. l. 1. ff. de constit. princ. quia respondetur secundum Socinum Sen. in d. conf. 84, num. 13. vers. et si dicas, lib. 3. d. l. 1. loqui in remissione penæ ob aliquod meritum, quæ sanè remissio non debet trahi in exemplum.

14 Est, quod transeat ad hæredes, l. si pactum, ff. de probat. & dicemus infra in quinto casu. Et accedit, quod hoc non dicitur proprie privilegium, sed beneficium, vt egregiè tradunt omnes in l. vlt. ff. de constit. princ. & Socin. Jun. in conf. 37, num. 18. lib. 1. ex quo sequitur non esse personale, sed ad hæredem transitorium, vt dicemus infra in quarto casu. Nec obstat d. l. 1. ff. de constit. princ. quia respondetur secundum Socinum Sen. in d. conf. 84, num. 13. vers. et si dicas, lib. 3. d. l. 1. loqui in remissione penæ ob aliquod meritum, quæ sanè remissio non debet trahi in exemplum.

Et etiam aduertendum, quod Iaf. in d. conf. 89, col. 2. penult. vers. non obstat secundum, lib. 3. declarat seipsum illo in loco, vt à se dicta procedant in infer.

15 riore à Principe, cuius beneficium latè non interpretatur, vt illud Principis.

Tertius est casus, quando persona, cui facta est concessio, & privilegium, fuit causa remota, & alia proxima. Hoc in casu concessio, & privilegium dicitur reale, & ideo transit ad hæredes. Ita Dyn. in c. privilegium, n. 4. vers. aut persona, de regul. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus causis, n. 4. ff. de reg. iur. & in conf. 51, col. 2. vers. & Crau. in conf. 59, n. 1.

Exemplum in l. non solum, ff. de in integrum restitut. minor. l. minor annis, §. vlt. & l. sequent. ff. de minor. 23, annis. & in l. ea qua. C. de tempor. in integrum restitut. vbi privilegium restitutionis in integrum concessum minori, transit ad hæredes, & successores, ob id quod non ipsa persona minoris immediate, sed latio fuit in causa ipsius restitutionis concessæ. Nam restitutionis privilegium, tunc competit minori, quando facta sit restitutio constat, l. quod si minor, §. non semper, & l. non omnia, ff. de minor. Est etiam exemplum in l. hæredes, ff. ad S. C. Velleian. vbi privilegium tributum mulieribus à S. C. Velleian. ne pro fideiussione teneantur, transit ad hæredes, atque ita personale non est, ex quo privilegij causa non est immediate persona mulieris, sed ipsa deceptio. Et hoc aliquando respondit, quod cum pater sic causa remota concessionis immunitatis, ob remissionem duodecim filiorum, cum causa proxima sit favor publicus, & onus educandi ipsos filios, secundum Ripam in l. ex fidei, n. 13. ff. de vulg. ob id immunitas hæc realis dicitur, & ad filios transit, ita Soc. Sen. in d. conf. 84, num. 9. lib. 3. Et in Ducatu Mediolani sic fuit constitutum noua constitutio, in tit. de immunit. & iure duod. libero.

Quartus est casus, quando concessio facta fuit personæ per modum beneficij, tunc autem privilegium. Hoc casu præsumitur realis ita Bar. in l. vlt. num. 4. ff. de seruit. legat. Bald. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. conf. 303. ad euidenciam, col. 2. vers. item beneficia, lib. 2. Anchar. in conf. 327, num. 3. Imo & Alex. in l. quia tale, n. 2. ff. solut. matrim. Barb. in conf. 44, col. 6. vers. præterea facit, lib. 2. & cum Barbatia de eadem facti specie interrogatus idem respondit Soc. Sen. in conf. 84, n. 12. lib. 3. Decius in conf. 262, numer. 5. vers. 8. & in l. in omnibus causis, n. 5. ff. de reg. iur. Bello. in conf. 20, n. 8. & Alciat. in respon. 203, num. 15. & 17. & Natta in conf. 627, num. 16. & Burfat. in conf. 30, num. 5. lib. 1.

21 Ea ratione adducti sunt, quod beneficia à Principum latè interpretantur, l. vlt. ff. de const. prin. Est ergo presumendum, quod concedere voluerit etiam pro hæredibus, & successoribus.

Quintus est casus, quando concessio facta fuit personæ, sed in modum pacti, & conventionis, atque ita ex contractu. Hoc in casu concessio præsumitur real s. ita Bal. in c. 1. col. 7. de iud. & idem in conf. 112. de generali natura, col. 2. vers. & proprie ista, l. 1. l. 1. l. si sic stipulatus, la 2. n. 13. & n. 17. de ver. obl. qui dixit, se ita cõsuluisse pro immunitate concessa à Ciuitate Albæ, vt verè conluit in conf. 217, li. 2. qui respondit, quod immunitas concessa conventionione, & pacto, transitoria est ad hæredes, iuxta l. 2. ff. de iur. in n. u. & natura pactorum, & contractus est, vt ad hæredes transeat, l. ius gentium, §. pactorum, & l. tale pactum, in prin. ff. de pac. & l. si pactum, ff. de probat. Abb. in c. vlt. in 1. notab. de arb. & alia multa præcitat in locis recelat Iaf. Et illum secuti sunt Bel. in conf. 20, n. 3. vers. quidquid, & Crau. in conf. 404, n. 2. & in conf. 929, n. 33. qui declarat.

23 Sextus est casus, quando concessio facta fuit certo generi personarum, vt puta familia. Hoc in casu concessio præsumitur realis, & ob id ad successores, qui eiuscæ familie sunt, transit. ita Dyn. in c. privilegium, nu. 6. vers. tertio casu, de reg. iur. in 6. ex l. 1. §. vlt. & l. immunitatis.